

ORDER FOR THE REPAIR OF THE WEST GATE,

NEWCASTLE-UPON-TYNE.

ROT. CLAUS. XI. EDW. 3. (1337.)

*De portâ quæ vocatur Westgate in Villa Novi Castri super Tinam
reparandâ.*

REX dilectis sibi Majori et Ballivis villæ suæ Novi Castri super Tynam salutem. Mandamus vobis quod, de firmâ vestrâ quam nobis reddere tenemini ad scaccarium nostrum pro villâ predictâ de annis presenti et preterito, per visum et testimonium dilectorum nobis Ricardi de Acton et Roberti de Shilvyngton seu eorum alterius, usque ad summam quadraginta librarum, in reparacionem et construccionem illius portæ quæ vocatur le Westgate et pontis versatilis ibidem, quæ quidem porta in debiliori loco claustræ villæ predictæ situata existit et in magnâ suâ parte dirruta est et contracta, cum celeritate quâ commodè fieri poterit, poni facietis. Et custus quos, circa reparacionem et construccionem portæ et pontis, predictorum, usque ad summam dictarum quadraginta librarum, sic apposueritis, cum illos sciverimus, vobis in firmâ vestrâ predictâ allocari faciemus. Teste Rege apud Turrim London vj die Aprilis.

Per ipsum Regem.

JAMES RAINE, M.A.

Crook Hall, Durham.